



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verse-Quodlibet

Schmoll, Jakob

St. Wendel, 1820

Lauriger Horatius [et]c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35881

Lauriger Horatius,
 quam dixisti verum:
 „ fugit, Euro citius —
 tempus edax rerum! „

Ubi sunt, o! pocula
 dulciora melle?
 rixæ, pax, et oscula
 rubentis puellæ?

Crescit uva, molliter
 et puella crescit;
 sed poëta turpiter
 sitiens canescit. —

Quid juvat æternitas
 nominis? amare
 nisi terræ filias
 licet, et potare.